




ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

Klorn 1903

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA


No. 96.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

H. Knöfler sc.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVIEZDOSLAVA

Sumptibus FR. PUSTET, Lithographi Abbatum Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnati



In requie. Eccl. 38.



Dividite infantem vivum in

duas partes et date. II. Reg. 3.



Congregate. Job 3.



Et multi. Dan. 12.



Percussit eum Abner aversa


hasta in inguine. I. Reg. 2.



Terra tremuit. Ps. 75.



Lazarus veni foras. Et statim
prodiit, qui fuerat... Joan. 11.



Ingressus est Eliseus domum
et ecce puer mort... IV. R. 4.



Et preparavit Dñs piscem
grandem, ut deglutiret Jon. 2.

MISSÆ PRO DEFUNCTIS

AD ORAVSKÉ
COMMODIOREM ECCLESiarUM USUM

EX MISSALI ROMANO DESUMPTÆ.

ACCEDIT
RITUS ABSOLUTIONIS POST MISSAM PRO DEFUNCTIS
EX RITUALI ET PONTIFICALI ROMANO.


EDITIO TYPICA.

RATISBONÆ, NEO EBORACI ET CINCINNATI.
SUMPTIBUS, CHARTIS ET TYPIS FRIDERICI PUSTET,
S. SEDIS APOST. ET SACR. RIT. CONGR. TYPOGRAPHI.

MDCCCLXXXIV.



Vaticinate de ossibus istis; et
dices eis: Ossa... Ez. 37.




Tulitque puerum de sinu ejus
et portavit in cœnac. III. R. 17.



Et dixit Dñs pisci: et evomuit
Jonam in aridam. Jon. 2, 11.

Decretum Adprobationis.

Hoc exemplar diligenter revisum, et quoad cantum ad normam
Decreti diei 26. Aprilis 1883 fideliter expressum, veluti typicum pro
futuris editionibus haberi poterit.



Ex Secretaria Sacrorum Rituum Congregationis
hac die 10. Maji 1884.

Lamming Salvat. S. R. C. Schober

Monitum Editoris.

Quod præsentem Missalis pro Defunctis editionem attinet, breviter afferre juvat, quibus ex causis
a Sacra Rituum Congregatione eadem veluti typica declarata fuerit.

Hoc Missale enim circa textum Missarum pro Defunctis, Ordinarii et Canonis Missæ ad amissim
concordat cum editione Missalis Romani, quam Sacra Rituum Congregatio die 10. Maji 1884 tamquam
typicam haberi voluit.

Absolutiones ad calcem libri additæ, in Exsequiis tam præsentem quam absente corpore, et in
die tertio, septimo, trigesimo et anniversario, desumptæ sunt ex editionibus typicis Ritualis et Pontifi-
calis Romani et cum eis omnino concordant.

Partes musicis notis designatæ continent cantum, quem Ss. D. N. Leo PP. XIII. per decretum
S. Rituum Congregationis d. d. 26. Aprilis 1883 uti normam pro futuris editionibus curandis præscripsit.

Denique unumquodque folium, antequam typis excuderetur, ad Sacr. Rituum Congregationem
transmissum est revisionis et adprobationis causa, et expressum integritatis testimonium cum Originali-
bus meruit.

Quibus ex rationibus præsens editio Missalis pro Defunctis summa auctoritate confirmata et
veluti typica pro futuris editionibus publicandis declarata est.

P. G. Schober C. Ss. R.

Quæ jura a lege sunt, Typographus sibi reservat.



ORDO MISSÆ

PRO DEFUNCTIS.

Sacerdos paratus cum ingreditur ad Altare, facta illi debita reverentia, signat se signo crucis a fronte ad pectus, et clara voce dicit:

IN nómine Patris, et Fílii, et Spíritus sancti. Amen.

Deinde junctis manibus ante pectus, incipit Antiphonam:

Introibo ad altáre Dei.

Ministri respondent:

Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

Sacerdos signat se, dicens

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cœlum et terram.

Deinde junctis manibus, profunde inclinatus facit Confessionem.

Confíteor Deo omnipoténti, beátæ Mariæ semper Vírgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptístæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, ómnibus sanctis, et vobis fratres: quia peccávi nimis cogitatione, verbo, et ópere: (Percutit sibi pectus ter, dicens:) mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám semper Vírginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptístam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, omnes sanctos, et vos fratres, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

cédere dignentur in cœlis, quorum
memóriam ágimus in terris. Per
eúndem Christum Dóminum no-
strum. Amen.

Postea osculatur Altare, et versus
ad populum, extendens, et iungens
manus, voce paululum elevata, dicit:

Oráte fratres: ut meum ac ve-
strum sacrificium acceptábile
fiat apud Deum Patrem omni-
pótentem.

Minister, seu circústantes respon-
dent: alioquin ipsemet Sacerdos:

Suscípiat Dóminus sacrificium de
mánibus tuis (vel meis) ad lau-
dem, et glóriam nóminis sui, ad uti-
litátem quoque nostram, totiúsque
Ecclesiæ suæ sanctæ.

Sacerdos submissa voce dicit:
Amen.

Deinde manibus extensis absolute
sine Orémus. subjungit Orationes
secretas.

Quibus finitis, cum pervenerit ad
conclusionem, clara voce dicit: Per
ómnia sæcula sæculórum. cum Præ-
fatione, ut in sequentibus.

Præfatio incipitur ambabus mani-
bus positis hincinde super Altare:
quas aliquantulum elevat, cum dicit
Sursum corda. Jungit eas ante pec-
tus, et caput inclinat, cum dicit Grá-
tias agámus Dómino Deo nostro.

Deinde disjungit manus, et dis-
junctas tenet usque ad finem Præ-
fationis: qua finita, iterum jungit
eas, et inclinatus dicit: Sanctus. Et
cum dicit Benedíctus qui venit. si-
gnum crucis sibi producit a fronte
ad pectus.

Præfatio cum Cantu.

Per ó-mni - a sæ-cu - la sæ-

cu - lo - rum. R. A - men.

V. Dó-mi-nus vo - bís - cum.

R. Et cum spí-ri - tu tu - o.


V. Sur-sum cor - da.

R. Habé-mus ad Dó-mi - num.

V. Grá - ti - as a - gá-mus Dó-

mi-no De - o no-stro.

R. Di-gnum, et ju-stum est:



CANON MISSÆ.

Sacerdos extendens, elevans et jungens manus, elevans ad cœlum oculos, et statim demittens, profunde inclinatus ante Altare, manibus super eo positis, dicit:

TE igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Fîlium tuum Dóminum nostrum, supplices rogâmus, ac pétimus, **Osculatur Altare**, uti accépta habéas, et benedícas, **Jungit manus, deinde signat ter super oblata, hæc ✠ dona, hæc ✠**

múnera, hæc ✠ sancta sacrificia illibáta, **Extensis manibus prosequitur:** in primis, quæ tibi offérimus pro Ecclesiâ tua sancta cathólica: quam pacificáre, custodíre, adunáre, et régere dignéris toto orbe terrárum: una cum fámulo tuo Papa nostro **N.** et Antístite nostro **N.** et ómnibus orthodoxis, atque catholicæ, et apostólicæ fidei cultóribus.

Discooperit Calicem, genuflectit, accipit Sacramentum dextera, tenens sinistra Calicem: signat eum Hostia ter a labio ad labium Calicis, dicens:

Per ip ✠ sum, et cum ip ✠ so, et in ip ✠ so, Bis signat inter Calicem, et pectus, est tibi Deo Patri ✠ omnipotenti, in unitate Spiritus ✠ sancti, Elevans parum Calicem cum Hostia dicit: omnis honor, et glória.

Reponit Hostiam, cooperit Calicem, genuflectit, surgit et dicit cantando, vel legendo:

Per omnia sæcula sæculorum. **R.** Amen.

Iungit manus.

O-ré-mus: Præcéptis

sa-lu-tá-ri-bus mó-ni-

ti, et di-vi-na in-sti-

tu-ti-ó-ne formáti, au-

dé-mus dí-ce-re.

Extendit manus.

Pater noster, qui es in

cœ-lis: Sancti-fi-cé-tur

nomen tu-um. Advéni-

at regnum tu-um: Fi-at

volúntas tu-a, sicut in

coe-lo, et in terra. Pa-

nem nostrum quoti-di-

anum da nobis hodi-e:

Et dimitte nobis de-bi-

ta nostra, sic-ut et nos

dimittimus debitóribus

nostris. Et ne nos indú-

cas in tenta-ti-ó-nem.

R. Sed lí-bera nos a malo.

Sacerdos submissa voce
dicit: Amen.

Missæ pro Defunctis.

Deinde accipit Patenam
inter indicem, et medium
digitos, et dicit:

Libera nos, quæ-
sumus Dómine,
ab ómnibus malis,
præteritis, præsen-
tibus, et futúris: et
intercedente beáta,
et gloriósa semper
Vír-gine Dei genitríce
María, cum beatis
Apóstolis tuis Petro
et Paulo, atque An-
dréa, et ómnibus
Sanctis, **Signat se**
cum Patena a fronte
ad pectus, et eam
osculatur: da propí-
tius pacem in diébus
nostris: ut ope mi-
sericórdiæ tuæ ad-
iúti, et a peccáto si-
mus semper líberi, et
ab omni perturbati-
óne secúri.



MISSÆ PRO DEFUNCTIS.

In Commemoratione Omnium Fidelium Defunctorum.

Introitus.

Requiem æternam dona eis, Dómine: et lux perpétua luceat eis. **Ps. 64.** Te decet hymnus Deus in Sion, et tibi reddétur votum in Jérusalem: exaudi orationem meam, ad te omnis caro véniet.

Deinde absolute repetitur Réquiem æternam usque ad Psalmum.

Oratio.

Fidelium, Deus, ómnium conditor et redemptor: animabus famulorum, famularumque tuarum remissionem cunctorum tribue peccatorum; ut indulgentiam, quam semper optaverunt, piis supplicationibus consequantur: Qui vivis et regnas cum Deo Patre.

Lectio Epistolæ beati Pauli Apóstoli ad Corinthios.

1. Cor. 15. g.

Fratres: Ecce mysterium vobis dico: Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu óculi, in novíssima tuba: canet enim tuba, et mórtui resurgent incorrupti: et nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem: et mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo, qui scriptus est: Absorpta est mors in victória. Ubi est mors victória tua? Ubi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccátum est: virtus vero peccáti lex. Deo autem grátias, qui dedit nobis victóriam per Dóminum nostrum Jesum Christum.

ORATIONES DIVERSÆ

PRO DEFUNCTIS.

In die depositionis et anniversario Summi Pontificis.

Dicitur prima Missa ut supra,
fol. 23. præter Orationes, quæ dicuntur ut infra.

Oratio.

DEus, qui inter summos sacerdotes famulum tuum **N.** ineffabili tua dispositione connumerari voluisti: præsta, quæsumus; ut, qui unigeniti Filii tui vices in terris gerēbat, sanctorum tuorum pontificum consortio perpetuo aggregetur. Per eundem Dominum.

Secreta.

Suscipe Domine, quæsumus, pro anima famuli tui **N.** summi Pontificis, quas offerimus hostias: ut, cui in hoc sæculo pontificale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum jubeasungi consortio. Per Dominum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui **N.** summi Pontificis, misericordiæ tuæ implorata clemētia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dñm.

Pro Episcopo Cardinali defuncto.

Dicitur prima Missa ut supra.
fol. 23. Orationes vero ut infra.

Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulum tuum **N.**

Episcopum Cardinalem, pontificali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dñm.

Secreta.

Suscipe Domine, quæsumus, pro anima famuli tui **N.** Pontificis Cardinalis, quas offerimus hostias: ut, cui in hoc sæculo pontificale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum jubeasungi consortio. Per Dominum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus Domine, animæ famuli tui **N.** Pontificis Cardinalis, misericordiæ tuæ implorata clemētia: ut ejus, in quo speravit et credidit, æternum capiat, te miserante, consortium. Per Dominum nostrum.

Pro Presbytero Cardinali defuncto.

Oratio.

DEus, qui inter apostolicos sacerdotes, famulum tuum **N.** Presbyterum Cardinalem, sacerdotali fecisti dignitate vigere: præsta, quæsumus; ut eorum quoque perpetuo aggregetur consortio. Per Dominum nostrum.

Secreta.

Suscipe Domine, quæsumus, pro anima famuli tui **N.** Presbyteri Cardinalis, quas offerimus hostias: ut, cui in hoc sæculo sacerdotale donasti meritum, in cœlesti regno sanctorum tuorum jubeasungi consortio. Per Dominum.

RITUS ABSOLUTIONIS

IN EXSEQUIIS PRÆSENTE CORPORE DEFUNCTI.

EX RITUALI ROMANO.

Entia Missa, Sacerdos, deposita casula seu planeta, et manipulo, accipit pluviale nigri coloris: et Subdiaconus accipit Crucem, et accedit ad feretrum, et se sistit ad caput defuncti cum Cruce, medius inter duos Acolythos seu Cerotarios cum candelabris et candelis accensis: et omnes alii de Clero veniunt ordinatim in gradu suo cum candelis accensis, et stant in circuitu feretri: tum sequitur Sacerdos cum Diacono, et assistente, aliisque ministris, et facta reverentia Altari, sistit se contra Crucem ad pedes defuncti, retro adstantibus ei a sinistris duobus Acolythis, uno cum thuribulo et navicula incensi, altero cum vase aquæ benedictæ et adpersorio: et Acolythis seu Clerico tenente librum, absolute dicit sequentem Orationem:

Non intres in iudicium cum servo tuo, Dómine, quia nullus apud te justificábitur homo, nisi per te ómnium peccatórum ei tribuátur remissio. Non ergo eum, quæsumus, tua iudicialis sententia premat, quem tibi vera supplicatio fidei christiánæ comméndat; sed grátia tua illi succurrénte, mereátur evádere iudicium ultiónis, qui dum viveret, insignitus est signáculo sanctæ Trinitatis: qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Deinde Cantore incipiente Clerus circumstans cantat sequens Responsorium:

Lí-be-ra me Dó - mi-ne, de

vé - ne-rit, atque ven-tú-ra

mor-te æ-ter - - na in di-e

i - ra. **Rep.** Quando cœ - li

il-la tre-mén-da: * Quando

cœ - li mo-vé-ndi sunt et ter-

ra: * Dum vé - - - ne-


ris judi - cá - - - re

sæ - cu-lum per i-gnem.


V. Tremens factus sum e-go, et

tí - me-o, dum discús-si - o


Ritus Absolutionis in Exsequiis.




V. Di-es il-la, di-es i-ræ, ca-la-




mi-tá-tis et mi-sé-ri-æ, di-es




Repet. Dum vé - - - ne-




ris ju-di-cá - - - re



V. Ré-qui - em æ-tér-nam do-na



e - is, Dó - mi-ne, et lux




Repetitur: Libera me Dómine.
usque ad **V.** Tremens.

Dum cantatur prædictum R. Sacerdos,
Acolytho et Diacono ministrantē, acci-
pit incensum de navicula, et ponit in thu-
ribulum; et finito Responsorio, Cantor
cum primo Choro dicit:



Ký-ri - e e - lé - i - son.

Et secundus Chorus respondet:



Chri-ste e - lé - i - son.

Deinde omnes simul dicunt:



Ký-ri - e e - - lé - i - son.

Mox Sacerdos dicit alta voce: Pater
noster. et secreto dicitur ab omnibus; et
ipse interim accipit a Diacono vel Aco-
lytho adspersorium aquæ benedictæ, et
facta profunda inclinatione Cruci, quæ
est ex adverso, Diacono, seu ministro
genuflectente, et fimbrias pluvialis sub-
levante, circumiens feretrum (si transit
ante Sacramentum, genuflectit), adper-
git corpus defuncti; deinde reversus ad
locum suum, Diacono ministrante, acci-
pit thuribulum, et eodem modo circuit
feretrum, et corpus incensat, ut adper-
serat: postea reddito thuribulo ei, a quo
acceperat, stans in loco suo, Acolytho
seu alio ministro tenente librum aper-
tum ante se, dicit:

V. Et ne nos inducas in tentationem.

R. Sed libera nos a malo.

V. A porta inferi.

R. Erue Dómine ánimam ejus.

V. Requiescat in pace. **R.** Amen.

V. Dómine exaúdi orationē meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Oratio.

Deus, cui proprium est miseréri
semper, et párcere: te súpli-
ces exorámus pro ánima fámuli tui

ORATIONES AD MISSAS

PRO DEFUNCTO IMPERATORE, REGE, DUCE
AUT PRINCIPE etc.ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

Oratio.

Deus, qui inter christiános Prin-
cipes ac Dominántes in terris
fámulum tuum **N.** imperatória (vel
regáli, ducáli aut principáli) fecisti
dignitate vigére: præsta, quæsumus,
ut eórum quoque perpétuo in cœ-
lis aggregetur consórtio. Per Dó-
minum nostrum.

Secreta.

Súscipe, Dómine, quæsumus, pro
ánima fámuli tui **N.** Imperató-
ris (vel Regis, Ducis aut Principis)
quas offerimus Hóstias: ut, cui in

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

hoc sáculo imperiale (vel regále,
ducále aut principále) dedísti mu-
nus, in cœlésti regno sanctorum
tuórum júbeas jungi consórtio. Per
Dóminum nostrum.

Postcommunio.

Prosit, quæsumus, Dómine, áni-
mæ fámuli tui **N.** Imperatoris
(vel Regis, Ducis aut Principis)
misericórdiæ tuæ imploráta cle-
méntia: ut ejus, in quo sperávit et
crédidit, ætérnum cápiat, te mise-
rante consórtium. Per Dóminum
nostrum Jesum Christum.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVAORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVAPRO DEFUNCTA IMPERATRICE, REGINA, DUCISSA
AUT PRINCIPISSA.ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

Oratio.

Quæsumus, Dómine, pro tua
pietáte miserére animæ fámu-
læ tuæ **N.** Imperatricis (vel Reginæ,
Ducissæ aut Principissæ) et a con-
tágiis mortalitátis exútam in ætér-
næ salvatiónis partem restitue. Per
Dóminum nostrum.

Secreta.

His sacrificiis, quæsumus, Dó-
mine, ánima fámulæ tuæ **N.**
Imperatricis (vel Reginæ, Ducissæ

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA

aut Principissæ) a peccátis ómni-
bus exuátur, sine quibus a culpa
nemo liber éxstitit: ut per hæc piæ
placatiónis officia perpétuam mise-
ricórdiam consequátur. Per Dñm.

Postcommunio.

Invéniat, quæsumus, Dómine, áni-
ma fámulæ tuæ **N.** Imperatricis
(vel Reginæ, Ducissæ aut Princi-
pissæ) lucis ætérnæ consórtium,
cujus perpétuæ misericórdiæ con-
secúta est Sacraméntum. Per Dñm.

ORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVAORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVAORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVAORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVAORAVSKÉ
MÚZEUM
P. O. HVEZDOSLAVA